minatore. Hec autem omnia in fi
gura contingebant illis. Scripta
sunt autem ad correptionem nostram:
in quos fines seculorum devenerunt.
Itaque qui se existimat stare:
videat ne cadat. Temptatio
vos non apprehendat: nisi huma
na. Fidelis autem deus est qui non
patietur vos temptari
super id quod potestis: sed fa
ciet cum temptatione etiam
proventum: ut possitis sustinere.

GR. Domine deus noster quam
admirabile est nomen tuum in uni
versa terra. V. Quoniam
elevata est magnificentia
tua super ce
los. Alleluia
V. Te decet ymnus deus
in Sion

ierusalem.

Secundum lucam

IN ILLO tempore Dixit dominus ihesus disci
pulis suis parabolam hanc.
Homo quidam erat dives
qui abebat villicum: et hic
difamatus est apud illum quasi
dissipasset bona ipsius. Et vo
cavit illum et ait illi. Quid hoc
audio te? Redde rationem
villicationis tue. Iam enim non
poteris villicare. Ait autem villicus
intra se. Quod faciam quia do
minus aufert a me villicationem.
Fodere non valeo: mendicare
erubescho. Scio quid faciam:
ut cum amotus fuero a villicati
one. recipiant me in domos suas.
Convocatis itaque singulis debi
toribus domini sui: dicebat primo
Quantum debes domino meo? At
ille dixit. Centum cados olei.
Dixitque illi. Accipe cautionem tuam et
sede cito: scribe quinquaginta. Deinde
alio dixit. Tu vero quantum debes?
Qui ait. Centum choros tritici.
Ait illi. Accipe litteras tuas et scribe
octoginta. Et laudavit dominus villicum
iniquitatis quia prudenter fe
cisset: quia filii huius seculi

prudentiores filiis lucis in ge-
neratione sua sunt. Et ego vobis
dico. facite vobis amicos de ma-
mona iniquitatis. ut cum defece-
ritis recipiant vos in eterna taberna-
cula. Off. Iustitie domini. Secr.

Suscipe munera quesumus domine
que tibi de tua largitate
deferimus. ut hec sacrosancta mys-
teria gratie tue operante vir-
tute presentis vite nos conver-
sationes sanctificent. et ad gau-
dia sempiterna perducant. Per.

Primum querite regnum dei et hec omnia
adicientur vobis dicit dominus. Pc.

Sit nobis domine reparatio
mentis et corporis celes-
te misterium. ut cuius exequi-
mur actionem sentiamus effectum.

Dom. XI. Dum clamarem. Coll.

Pateant aures misericordie
tue domine precibus supplicantium.
et ut petentibus desideria con-
cedas. fac tibi eos que sunt
placita postulare. Per. Ad Corinth.
Fratres. Scitis quoniam cum gentes
essetis. ad simulacra muta
prout ducebamini euntes.
Ideo notum vobis facio quod

nemo in spiritu dei loquens dicit
anathema ihesu. Et nemo potest
dicere dominus ihesus nisi in spiritu sancto.
Divisiones vero gratiarum sunt.
idem autem spiritus. Et divisiones minis-
trationum sunt idem autem
dominus. Et divisiones operationum
sunt. idem vero deus qui operatur
omnia in omnibus. Unicuique autem
datur manifestatio spiritus ad uti-
litatem. Alii quidem per spiritum
datur sermo sapientie.
alii autem sermo scientie secundum
eundem spiritum. alteri fides in eodem
spiritu. alii gratia sanitatum in uno
spiritu. alii operatio virtutum. alii
prophetie. alii discretio spirituum. alii
genera linguarum. alii inter-
pretatio sermonum. Hec autem
omnia operatur unus atque idem
spiritus. dividens singulis prout vult.

Custodi me domine. Deus ultionum.

Alle lu ia.

In te domine speravi non confun-
dar in eternum in tua
iusti cia libera me et eripe

Dum clamarem ad dominum exaudivit vocem meam ab his qui appropinquant mihi et humiliabit eos qui est ante secula [illegible] in te [illegible] Custodi me domine de manu peccatoris [illegible]

bibentis aut co operiemini. Hec
enim omnia gentes inquirunt
Sic enim pater vester quia his
omnibus indigetis. Querite ergo
primum regnum dei et iusticiam
eius et hec omnia adicientur vobis.

Off. Expectans expectavi dominum

Concede nobis domine quesumus ut
hec ostia salutaris et nostrorum
fiat purgatio delictorum et tue
propiciatio potestatis. Per

Co. Qui manducat carnem. Post co.

Purificent semper et muniant
tua sacramenta nos deus
et ad perpetue ducant salvationis
effectum. Per

Miserere michi domine. Intr.
quoniam ad te clamavi tota die quia
tu domine suavis ac mitis es et copio
sus in misericordia omnibus in
vocantibus te. Ps. Inclina domine.

Ecclesiam tuam domine miseratio Coll.
continuata mundet et muniat
et quia sine te non potest salva consistere
tuo semper munere gubernetur. Per

Fratres. Obsecro vos. Ad ephesios.
ne deficiatis in tribulationibus

meis pro vobis que est gloria vestra.
Huius rei gratia flecto genua
mea ad patrem domini nostri Ihesu
Christi ex quo omnis paternitas
in celis et in terra nomi
natur ut det vobis secundum divitias
glorie sue virtutem corroborari
per spiritum eius in interiorem hominem
habitare Christum per fidem in cor
dibus vestris. In caritate radica
ti et fundati ut possitis conprehen
dere cum omnibus sanctis que sit
latitudo. longitudo. et sublimi
tas et profundum. Scire etiam
supereminentem scientie caritatem
Christi ut impleamini in omnem
plenitudinem dei. Ei autem
qui potens est omnia facere
superhabundanter quam petimus
aut intelligimus secundum virtutem
que operatur in nobis ipsi gloria in ecclesia
et in Christo Ihesu in omnes generati
ones. seculi seculorum amen. Timebunt gen.

Alleluia

Quoniam deus mag
nus do
minus
et rex mag nus sup om

I ... tempore ... Sequentia
nem ... Ibat ihc in ciuitatem
que uocatur naim. et ibant
cum illo discipuli eius et turba
copiosa. Cum autem appropinq
ret porte ciuitatis. ecce defu
nctus efferebatur filius unic
matris sue. et hec uidua erat.
et turba ciuitatis multa cum illa.
Quam cum uidisset ihc. misericordia
motus super eam dixit illi. Noli flere.
Et accessit. et tetigit. loculum.
Hi autem qui portabant. steterunt.
Et ait ihc. Adolescens
tibi dico. surge. Et resedit qui
erat mortuus et cepit loqui.
et dedit illum matri sue. Accepit
autem omnes timor. et magnificabant
deum dicentes. Quia propheta
magnus surrexit in nobis.
et quia deus uisitauit plebem
suam. Off. Domine in auxilium. Secr.
Tua nos domine sacramenta
custodiant. et contra dia
bolicos tueantur semper incursus.
Co. Domine memorabor. P. co.
Mentes nostras et corpora
possideat domine quesumus doni
celestis operatio. ut non noster
sensus in nobis sed iugiter eius

preueniat effectus. P. Dnica.

Iustus es domine et rectum iudicium
tuum fac cum seruo tuo secundum
misericordiam tuam. Gr. Beata gens cuius
Absolue domine tuorum delicta po
pulorum. et a peccatorum nostrorum
nexibus que pro nostra fragilitate
contraximus tua benignitate
liberemur. P. Ad Ephesios.
Fr. Obsecro itaque uos ego
uinctus in domino. ut digne
ambuletis uocatione qua
uocati estis. Cum omni humi
litate et mansuetudine.
patientia sub portantes inuicem
in caritate. Solliciti seruare
unitatem spiritus in uinculo pacis.
Unum corpus et unus spiritus. sicut uocati
estis in una spe uocationis uestre.
Unus dominus. una fides. unum baptis
ma. Unus deus et pater omnium.
qui super omnes et per omnia et in omnibus
nobis. Qui est benedictus. in secula
seculorum amen. Gr. Beata gens cuius est dominus. Ver.
Alleluia
V. Paratum cor meum deus paratum cor meum